



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

87. Batavi neglectis Lunæburgicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

gumentum plerique explicabant, quod ne 1665.  
 tantillum inermi paucorum turbæ fideretur,  
 præsertim cum lustrato jam ante per militem  
 Collegio, sub excussis etiam lectis, vestigata  
 Martis arma, nulla nisi Palladis invenissent.  
 Leo ab *Aitzema* industrius rerum Hollandi-  
 carum observator, miratum se, scribit, ista Sa-  
 cerdotum, Patrumque exilia; cum *Francia*  
*Rex Catholicus* adversus Episcopum pro  
*Rep. pugnaret*; & contrà Monasteriensis so-  
 cium haberet *Britannum*; Fautorem verò  
*Sueciæ Regem*; & utrumque Evangelicum;  
 nihil profectò Religionem cum hisce tribus  
 commercij habuisse. Certè contempta pro-  
 tectio, & in Urbe sua, Electorem ægrè ha-  
 buit, sed iram tunc dissimulavit, compendio  
 majore brevi compensandam.

At *Lunæburgici Principes*, adversus Mo- 87.  
 nasteriensem, Ordinibus Confœderati, quod *Batavi*  
 militem terris suis onerosum, in unito Bel- neglectis  
 gio hospitari malling, paratum jam offere- *Luna-*  
 bant; monebantque per Ablegatos suos, We- *burgicis.*  
 saliæ præsentes, designari locum, quo copiis  
*Batavorum* suæ conjungi possent. Id verò  
 perincommodum nunc, inque proximum Ver-  
 rejiciendum. *Nassovio* respondente, promissa  
 militum stipendia depositunt. Hactenùs  
 enim ex ære convento solutum nihil; nam  
 mercator, Camporis *Amstelodamensis* colly-  
 bo, pecunias *Hamburgi* numeraturus, foro

Yy 5 cesse-

1665. cesserat, magno partium detimento. Sed Ordines utiliorem tunc Reip. Brandenburgicu[m] Electorem rati, utpote vicinum, potenter, armatum; in foedus cum eo ferendum, uti quotidiè procliviores, ita neglectis aliis quamdiu Lunenburgicis, omnes propè curu[m] in id convertebant. Quas haud parùm intendisse vifa est suspicio Batavis, ex hoc non quod Lingë, aliisque ditionibus Princeps Ariaci Monasteriensis Antistes parceret, & ea propter cum Brandenburgico, veluti Tute, nec semel à Batavis offenso, secretan colere societatem crederetur.

88. Sed & suppetiæ à Danis, à Sueciis pari Battannorum, Batavorumque industriâ sollicitabantur, ut vel obtincent ipsi promissas, & præpedirent in aliis desperatas. Quem ad Christophorum Bernardum ex Anglia ablegatis, verat Carolus Rex, salutatis ex in Lunenburgi suppetius, aliisque Imperij Principibus, ad ipsum denique Cæsarem progressus, auxilia Monasterensi implorabat. Et quanquam Christophorus Bernardus missio jam antè Oenipotum ( quippe Leopoldus Imperator, ab obitu Sigismundi Francisci Archiducis, devolutam ad se Tyrolim adicerat ) Georgio Christiano Hasso-Homburgensi, parem æmulatione Gallorum sperabat, sponsam ab Austraciis open; frustrà tamen eventus docuit expectâsse. Intercederat namque Hispani Regis Philippi